cōpensari potest: nulla  
mors. nulla vita respo  
dere sufficit: mūd tamē  
p ipsū redēptus. prochdo  
lor mortui habet ac des  
picit. **H**oc ē nimicū qd  
aut aplūs: verbū crucis  
paūtibz stultitia ē. **T**e  
enī crucifixū terra cōtre  
nuit. et nos ridem⁹: re  
pli vela disrupta sunt.  
nos i cachinnos. iocosq;  
resoluit: petre scisse sunt.  
nos corda obduram⁹:  
monumenta apta. suos  
mortuos reddiderunt: nos  
i sepulchris patox obstru  
ti ac mortui. nulla peni  
tudine cordis. nulla oris  
confessione. ad vitā redire

**O** satagim⁹. **lco. iii.**  
Omnis creatura ex  
atōri suo morienti cōmo

rit: et nos ipsis rebus  
 ilensatis insensibiliores  
 effecti: nulla xpunctione  
 mouem. **N**ō sic frēs q̄ so  
 nō sic. **H**ec ē pars illorū:  
 qui dati sūt in reprobū  
 sensū. **Q**uāta cōfusio ē:  
 igratis oculis xp̄m in  
 cruce pendentē aspicere.  
**Q**d̄ xp̄ha i spū cōplas.  
 itremuit et expauit. **D**o  
 mine iquit audiuī au  
 ditū tuū et timui. cōsi  
 derauī opa tua. et expa  
 ui: i medio diuī aīalū.  
**E**t ysaias diuinā ma  
 iestate huāne carnis  
 morticino velatā āmi  
 rat̄ extamar. **V**ere tu  
 es deus abscondit̄: salua  
 tor noster. **S**exta feria  
 sex. **I**nnotēti tam de scā  
**O** h̄. iux crucē. lī. p.  
**X**p̄i multe ē v̄tutl.  
 Crux enī sanitatē resti  
 tut: bñdictionē ipendit.  
 Discernit a pfidis. libe

rat a pīculosīs: hostes  
 expellit: victores cōstitu  
 it. **C**rux ē misteriū fidei.  
 firmamentū spei: da  
 uis sciēcie. forma iustia  
 e: magnificēcia regū.  
 glia sacerdotū. Inopū  
 sustētatio. pauperū cō  
 solacio: cecorū dux. clau  
 dorū baculus: spes despe  
 ratorū. resurrectio moe  
 tuorū. **C**rux ē hūliū in  
 iuncta tuaciō. supborū de  
 ictio: victoria xp̄i. p̄di  
 cō dyaboli: infernū  
 destructio. celestiū refor  
 macio: mors infidelū.  
 vita iustorū. **H**ugo  
 de claustro aīe. **lī. iij. līo. iij.**

*(Cassiodor)*

**T**res siq̄dē sūt crucē.  
**O**p̄ma latronis  
 desperans: scā vō orāns  
 et dicētis. memēto mei  
 dnē dū veneis i regnū  
 tuū: tercia aīt xp̄i. **P**m̄  
 meruit crucē. s; nō pfu  
 it ei ad salutē: sedūs

vō meruit. sed tamē ei ad  
salutē pfuit: tertiū non  
meruit. portauit tamē  
eā. sed nobis pfuit. **H**īs  
tribz assimilari possūt  
tres spesies homīn: quorū  
pmū sūt hū qui portat  
cruce mortificando carnē?  
et tamē nō pdest eis:  
qā nō peccant. **S**unt at  
et alii q̄ mortificat̄ car  
nē. et pdest eis ad salu  
tē: orat̄ et exaudiuntur.  
**S**unt etiā alii liberi a  
pena patī. nullis crimi  
nibz implicati. subtrahe  
tes se a pūlo ope. ab o  
culo simone. ab īmunda  
cogitatione: ī quoē  
manibz labor est assidu  
us. crō in līgua. puri  
tas ī mente: portantes  
aliena patā q̄li sua. **P**ri  
ma igit̄ crux dyaboli:  
scā cuiuslibet iusti: ter  
**I**cia vō xpi. lōo. iiij.  
**N**on unaquaq̄ cruce

q̄tuor dimēsiones sūt.  
**I**n cruce etenī dyaboli est  
altitudo qua extollit̄ sup  
omē qđ colit̄: pfundū  
despacio. de qua dicit̄ per  
ator cū venit ī pfundū  
malorū rēpuit̄: latitu  
do ī carnalibz. qā latā  
et spaciola via sequit̄:  
altitudo vō p̄tinacia.  
**I**n cruce vō iusti pfundū  
est hūlitas: lōgitudo as  
siduitas laboris: altitu  
do rēplacio. latitudo crō.  
que nō tantū latitudinē  
sua cōpletit̄ animū. sed  
etiā inimicū. **C**aux at  
xpi habet pfundū timo  
ris: altitudinē spei. la  
titudinē caritatis: lon  
gitudinē p̄seueranæ.  
**I**n p̄ma cruce crucior̄ ad  
scām tendo: p̄ terra sus  
pivo. **T**u at. **E**xpliuit̄  
lōes de scā cruce hyena  
les. **I**ncepuit̄ lōes de cā  
de estiiales. **I**ste sūt lō

nos legende i sextis feris  
qñ sit officiū i conuentu de  
scā cruce. Ad eis oīm usq;  
ad aduentū dñi. **E**t no  
tandū qd̄ qnq; ponit plu  
rāle p signāl licet raro.  
Ut rogām p rogo. uel  
huiusmoi. **P**rima feria  
**S**exta. **D**omo bti Augusti  
epi. de eo qd̄ dicit aplus.  
**M**ichi autē absit gliari  
nisi i cruce do. **H**ic pma.

**A**Et est doctrina.  
hūilitatis p  
ceptū. hūili  
tans comendacio: ut  
no glorem. nisi i cruce  
dñi nr̄i ihū xp̄i. **N**am  
no est magnū. in xp̄i  
sapiēcia gloriari: mag  
nū est i cruce gliari. **V**n  
de tibi insultat impius:  
inde gliat pius. **V**nde  
insultat supbus: inde gliat  
xpian. **N**oli erubescere  
de cruce xp̄i. **I**deo i fronte  
tanq; in sere pudoris:

signū ipsū accepisti.  
**R**ecole frontē tuā: nō  
linguā expauescas alie  
nā. **S**ignū veteris testa  
menti. circumcisio i latē  
carne: signū noui testa  
menti. crux i libera fro  
te. **I**bi occultatio est: hic  
reuelatio. Illud sub ue  
lamine: hoc i facie. **Q**m̄  
dñi enī legit moyses:  
velame sup cor eoz posu  
tū est. **Q**uare. **Q**uia  
no trāsierūt ad xp̄m. **C**ū  
enī trāsieris ad xp̄m. au  
feret uclamen: ut q̄ ha  
bebas i occulto circumci  
one: in fronte portes crucē.

**N**ouū testa **l**o. ii.  
mentū in veteri  
uclabat: vct autē in  
novo reuelabat. **I**deo sig  
nū ab occulto trāseat in  
manifestū: et īcipit esse  
i fronte. qd̄ latebat sub  
ueste. **N**am i eo signo  
xp̄m esse prenūciatū q̄s

ambigat. Inde cultelli  
petrini: petra autem erat  
xp̄us. Ideo octau⁹ dies  
circumcisio⁹: et dñicus  
resurrectio⁹. Ideo aplius  
inde trāsiens. inde venies:  
trāsiens salicet ad dñm.  
ut auferat velame: no  
uit unde glori⁹t. Nichi  
iquit absit gliari: nisi  
ī cruce dñi nr̄i ih̄u xp̄i.  
**H**ic habeo iquit: qđ ig  
norabā. Venit testame  
tū nouū: reuelatū ē qđ  
occultabat. Qui sedebat  
ī umbra mortis: lumen  
certū est eis. Reuelatū ē  
qđ occultabat: qđ late  
bat ī aperto est. **lō. iii.**

**V**enit ip̄a petra:  
om̄es nos sp̄u ar  
auadit: et sue hūilitatis  
signū. in redēptori⁹ frōte  
defigit. Ja gliacio nr̄a ī  
cruce sit xp̄i. Nō nos pu  
deat hūilitatis exemplū.  
Quidū discrecio abor⁹

et carnis amūatio: quor  
deus venter est. et gloria  
ī pudendis eor⁹. Illis fu  
tura prenūciabant: ia  
fā credātur. Nō sim⁹ in  
grati ei qui venit: si ex  
pectauim⁹ ut veniret.  
**S**z iudi ab hac grā ex  
terres alieni. fugitiū:  
q̄a zelū dei habet. s; nō  
scdm sciencā. Quā scien  
ciā. Ignorātes inqt dei  
iusticiā. et suā volentes  
constituere: nō tenentes  
deū. nisi in p̄ceptis. **S**it  
ergo anim⁹ pius: sic fide  
liter xp̄ian⁹: sic grē nō  
ingratus. Ignoscat me  
dicus: nūqm̄ se sanat e  
grotus. **Cāta feia sexta.**

**E**x simone bñ Augusti de

**A**scēa cruce. **lō p̄.**  
lecto genua mea  
inqt aplius ad patrem dñi  
mei ih̄u xp̄i. ut det vobis  
scdm diuicias glie sue v  
tutē corroborari p̄ sp̄m

et in iteriore hoīe habi-  
tare xp̄m p̄ fidē in cordi-  
bus v̄is: ut i caritate  
radicati et fūdati possi-  
tis xp̄hēndē cū oībz sc̄is.  
que sic latitudo et lōgitu-  
do et altitudo i pfundū.  
id est crucē dñi: cui lati-  
tudo dicit̄ in transuerso  
ligno quo extendūt ma-  
nus: lōgitudo a tāa usq;  
ad ipsā latitudinē. quo  
a manibz et i fra totum  
corp' affigit̄: altitudo  
a latitudine sursū usq;  
ad sūmū quo adheret  
caput: pfundū vō qd ter-  
re affixū abscondit̄. Quo  
signo crucis. oīs actio  
xp̄iana describit̄: bene  
opari in xp̄o. et ei pseue-  
rāter iherere: sperare ce-  
lestia. sacramenta nō ppha-  
nare. Qd p̄gis corde hō  
xp̄iane p̄ latitudinē ter-  
re. lōgitudinē tēporz. al-  
titudinē celi. pfundum

abyssi. Qndo ista p̄pre-  
hendes uel mente ul' cor-  
pore. Ipsiū audi aplim:  
dicente tibi. Michi at  
absit gliari: nisi i cruce  
dñi nr̄i ih̄u xp̄i. lco.ij.

**E**t nos in hac cru-  
ce gliem̄ o boni fra-  
tres: i illa gliem̄. Ibi e-  
nī iuueniē latitudinē  
et lōgitudinē i altitu-  
dinē et pfundū. Videntē  
magnum sacramentū. Dbi  
ē latitudo. Confers te  
ad vitā moresq; sc̄orū:  
qui dicunt̄. michi absit  
gliari. nisi i cruce dñi  
nr̄i ih̄u xp̄i. Iuuenis i  
moribz eoz latitudinē  
caritatis: que sola bene-  
opat̄: que facit ut hy-  
lace datore diligat deus.  
Si enī angustias passa-  
fuerit tristis dabit: si tris-  
tis dabit. pdit qd dabit.  
Que ē longitudo crucis.  
Si vis habere lōgitudi-

ne: habero pseuerandi  
lōgianimitatē. Si autē  
vis habē altitudinē: ha-  
beto sursū cor. Qd est  
sursū cor. Ibi spēra ibi  
ama: ibi expecta mētē.

**S**i bene ope **Ico. vii.**  
paris et hylariter  
tribuis: videris crucis  
habē latitudinē: si in  
alidē bonis opibz usq;  
ad finē pseuerarieis. vi-  
deris habē lōgitudinē.  
**S**i si het oīā nō ppter  
supnā mētē facis. al-  
titudinē nō habebis: et  
illa iā nec latitudo erit.  
nec lōgitudo. Qd ē enī  
habē crucis altitudinē:  
nisi cogitare deū ipsum  
adiutore. ipsū expecta-  
tore. ipsū coronatore. ip-  
sū premū largitore. pos-  
tremo ipsū premū depu-  
tare. nichil aliud ab illo  
qm̄ ipsū expectare. **S**i  
amas: gratis ama. **S**i

vē amas: ipē sit mētē  
quē amas. Taret euan-  
gelium: vobis datū est  
nosse mysteriū regni ce-  
lorū: aliis autē nō est da-  
tū. Quare ergo illi datū  
est. et illi nō est datū.  
**N**ō me piget dicē: hoc  
est pfūdū crucis. Abyssū  
ē: pfūdū crucis ē. In hac  
ergo crucis pfūditate. in  
hac verū tanta obscuri-  
tate. nō de nrā vtute p-  
sumam: nō ingeniolī  
nrī viribz ī hac questio-  
ne aliqd arrogem̄. **tñia**  
**feia sexta** **Augusti sr.**  
illud vs. **M**uām z iudic.  
**M**isericordia **Ico. viii.**

et iudicū: manta  
bo tibi dnē. Que ē mi-  
sericordia. Creator hōis  
homo esse dignat̄ est.  
Factus ē qd̄ fecerat: ne  
periret quē fecerat. Qd̄  
hiuc misericordie addi potest.  
Et tamē addidit. parū

fuit ei hominem fieri: sed  
enam ab homib; reprobari.  
**P**arum erat reprobari: et  
exhonorari. **P**arum erat  
exhonorari: et occidi. **S**ed  
hoc parum: et morte cru-  
cis. **N**a cum ei obediens  
am usq; ad mortem facta  
mendaret aplus: parum  
illi fuit dicere. fuis enim obe-  
diens usq; ad mortem. no  
enim quicunq; morte: sed  
addidit morte autem crucis.  
**I**lla morte per nichil  
fuit: iter oia gena mo-  
riens. **D**enique ubi dolo-  
res acerrimi exagitant  
cruciat vocat: a cruce  
**D**uox iustus. **I**co scita  
dendentes in ligno  
crucifici. datus ad lig-  
num pedib; manibusq;  
confixi: producta morte ne-  
cebatur. **N**on enim crucifi-  
ci. hoc erat occidi. **S**ed  
dum vivebat in cruce:  
no quia longior vita eli-

gebat: sed quia mors ipsa  
proindebat: ne dolore acutus  
finiret. **M**ori voluit  
pro nobis dominus: parum di-  
cimus. crucifixi dignatus  
est: usque ad mortem obedi-  
ens fuis est. **E**legit ex-  
tremum et pessimum gen-  
moens: qui omnem fue-  
rat ablatum mortem. **D**e  
mortem pessima occidit  
mortem. **P**essima enim e-  
rat non intelligentibus  
iudeis: nam a domino electa  
erat. **I**psa enim cruce sua  
signum habitur erat: **i**  
ipsa cruce dyabolo su-  
perato. tanquam tropheum  
in frontibus fidelium positi-  
rus: ut dicet aplus.  
**N**ichil absit glorificari: nisi  
in cruce domini nostri ihesu christi.  
**N**ichil erat loco. **iij.**  
tunc in carne in-  
tolerabilis: nichil est  
nunc in fronte gloriosius.  
**Q**uid seruat fidelis suo?

qui tale honorē dedit  
suppliatio suo. Deniqz  
modo ī penis reorū: nō  
ē apud romanos. Vbi  
enī crux dñi honorata  
ē: putati est qd' reus  
honoraret. si crucifigēt.  
**D**ñs itaqz hūlis fact'  
ut veniret ad crucē:   
distulit quidē potētiā:  
s; publicauit misericordiā.  
**V**nde distulit potētiā.  
**Q**ā de cruce noluit des  
cendē: q̄ potuit de sepul  
chro resurge. **V**nde pub  
licauit misericordiā: **Q**uia  
pendes ī cruce dixit. p̄  
ignosce illis: q̄a nesciūt  
qd faciūt. **P̄ta feia vi.**  
**A**ugusti sr̄ ioh̄m̄ sm̄oē. xij.

**D**ictū est ad lco. i.  
moysen a dñō.  
ut facēt ēneū serpente  
et exaltaret ī ligno ī  
heremo: et amoneret  
p̄plim isrl. ut siq̄s moe  
sus esset a serpente: illū

serpente in ligno exal  
tatū attenderet. **S**actū est.  
**M**ordebatur hoīes: in  
tuebant. sanabat. **Q**ui  
sūt spēntes mordentes.  
**P**otā de mortalitate car  
nis. **M**ors est serpēs exal  
tatus. **M**ors dñi in cu  
re. **M**ors serpētis leta  
lis: mors dñi vitalis.  
**A**ttendit serpens: ut  
nichil valeat spēns.  
**Q**d est hoc. **A**ttendit  
mors: ut nichil vale  
at mors. **I**z cui mors.  
**M**ors vite. **N**ōne vi  
ta xp̄ūs. **E**t tame ī  
cruce xp̄ūs: et mortu⁹  
xp̄s. **I**z ī morte xp̄i mors  
mortua ē: q̄a vita mor  
tua occidit mortē. **L**ij.  
**P**terī modo fr̄s ut a  
pc̄to sanem̄ xp̄m cruci  
fixū intueamur: quia  
sicut moyses īquit ex  
altauit serpente ī here  
mo. sic exaltari oportet

filium hominis: ut omnes qui  
credunt in eum non pereant. sed  
habeant vitam eternam.  
**Quoniam** qui iste erat  
ille serpente non perirebat  
mortis libet serpentem: sic quod  
istius fide morte Christi.  
sanatur a mortis libet patrem.  
**H**ec illi sanabatur a mor-  
te ad vitam tristalem: hic autem  
aut. ut habeat vitam et  
niam. **Hoc** enim intest iter  
figurata ymaginem. et  
rem ipsam. figura presta-  
bat vitam tristalem: res ipsa  
cui illa figura erat. preser-  
tavat vitam eternam. **Ergo**  
morte suscepit Christus. et  
morte suspendit in cruce:  
et de ipsa morte liberatur  
mortales. **Tu.** **I Cor. viii.**

**S**i aspectus et item  
placido umbre et  
figure olim tantum vale-  
bat. ut eas aspicientes a  
mortis libet serpentem sanaret.  
quatenus putas efficacie erat

22

intuitus figurati Christi re-  
deportoris in exercito ligno ad  
clavis dependebatis. **Mor-**  
**sus** serpentem exaltato  
et respectu eneo serpente  
sanabatur: quia Christus anti-  
quum serpente in patibulo  
crucis triumphauit. et  
venena eius exclusit: ut  
quod vobis expressus ymaginem  
filii dei et passionem eius co-  
spexit. sanet. **C**neus ser-  
pens in ligno suspenditur:  
quia es ceteris metallus est  
durabilis: et Christus per huma-  
nitatem in serpente mortuus  
vivit per divinitatem quam  
cneus. **V**is ergo morte  
cuadet respice huc. vis damp-  
nationem effugie aspice huc:  
vis a venenosis serpentem  
mortis libet. id est a demonum  
sualionibus quibus te percussis  
ad mortem vulnerabit. cito  
sanari. respice huc: et  
sanaberis. **Quarta feia vi.**  
**G**uardia in simone de sancto Andrea.

**T**unc fr̄s lō p̄ma.  
arma regis nři. ut tol-  
lam' et nos crucē nrām:  
ī qua de inimicis oībz  
trūphem'. Ecce ī cruce  
salus nrā: tantū ut ei  
vicit inheritance. Ver-  
bū crucis ait aplūs. pe-  
nitibz quidē stultitia:  
hijs autē qui salui fiūt.  
id est nobis. vtus dei est.  
Ip̄a est scutū quo artū  
dam': ut ei' cornua q̄tu  
or. q̄drifaria hostiū tela  
repellat. Hic ergo ifer'  
cornu cōtra timore nocti-  
num. id est adūsus pu-  
llanimitatē. que de af-  
flictione carnis p̄cedit.  
vt id qđ sub nobis est  
cep' castigare viriliter  
studeam': ac subicē ser-  
uituti. Siq̄s vō nobis  
ī facē maledicit. siq̄s  
in apto mala suadere  
conat'. in die volat sa-  
guta. et a sinistris est:

nichilomin' a sinistro  
cornu extienda. **I**c smā  
**S**iq̄s adulat. siq̄s  
cōsuletis amici ve-  
nēū p̄pinat fratre de  
tractioīs. et odūū semi-  
nare conat'. si deniq̄  
uiquū aliqd tāqm ius-  
tū p̄suadē teptat: ad ex-  
tris michi ē iste'. si iudas  
a' osculo me p̄dit: et  
dextero cornu crucis ne-  
goiū pambulas ī te-  
nebris. necesse ē p̄pulsai.  
**S**i ecce demoniū meridi-  
ani. supbie scilicet sp̄us:  
qui nimicū in maiori  
splendore vtutū acius  
insurgē solet. **H**ec autē  
qm̄ p̄niciosa sit: sepius  
vobis itumare curam?  
**I**niciū qđ p̄pe oīs p̄m̄: et  
causa toci' p̄dicioīs sup-  
bia ē. **P**roterā q̄squis es  
q̄ salutē tuā opari stu-  
des: adūsus hac sup-  
put. cornu crucis habē

memeto: ut nō eleueris  
in supbiam. Tu. lō. iiij.

**D**on exalte cor tuum.  
Nō ambules in  
magnis atq; mirabili-  
bus sup te: s; tela ea que  
de sublimi venuit. super  
emines caput tuo. cornu  
crucis exapiat. Hane  
hoc solū est cui salutis  
piter et regni tytulus i  
scrabit: q̄a solus qui se  
hūiliat. saluari et exal  
tari meret. Ja ut breui  
ter repetā: q̄tuor haec ore  
nua sūt. cōtinēta pac  
encia prudētia et humi  
litas. Felix aut̄a que in  
hac cruce glat̄. in hac  
cruce triūphat̄: tantū  
ut pseueret i ea: et nul  
lis valeat tēptaciōibus  
deīa. Oret ergo q̄sq; in  
hac cruce et. dñm et ma  
gistrū suū: ne paciatur  
eū de cruce deponi. faciat  
ip̄e ut meream̄ et nosī

93  
hac nrā q̄licūq; cruce pe  
nitētie. quā p ipsi' nōe  
tulim' feliciter sumari:  
qui ē sup oīa deus bñdōs  
in sc̄a amen. vi. feia vi.

**O**Rante iugū sup lēi. Ex dictis adē.  
filios adam. Si es  
sem filius noui adam:  
leue iugū portare. Qd̄  
ē onus graue. Talentū  
plūbi. Qd̄ ē on? leue.  
Crux xp̄i. Mira res.  
Nichil formidolosū hoi:  
qm̄ crucē pati. H̄ q̄re  
timet crucē hoīes. Qa  
sūt latrones. Crux eq̄  
lance iudicat: et cōvineat  
hic nōcētes. illīc īnocētes. Ideo  
qz ip̄is formidolosa: pi  
is autē sup oīa ligna  
padyli gracioſa. Nūqd̄  
xp̄i crucē timuit: nūqd̄  
petr? nūqd̄ andreas?  
Pm̄mo et optauit. Ex  
ultauit enī ut gygas:  
ad currendā viā ei? De  
ſideio inq̄t desideravi: hoc

pascha manducare vo  
biscū. Et mens abuse.  
ut facia uoluntate pris  
mei: et calice ei⁹ bibā.

In cruce ergo pascha  
māducavit: qā ascēdit  
ī palma. et colligit fruc  
tus ei⁹. Tu at. **lō. lxx**

**Q**uā exaltat⁹ inq̄t  
fuiro: oīa trahā  
ad me. Que oīa. Se  
lū et terrā ⁊ iſeros. Tax  
it ad se patrē. qā dāmōe  
ei⁹ introiuit ī aures ip̄i⁹.  
et t̄ra cōtremuit. et pe  
tre scisse sūt. et monumē  
ta apta sūt: qā vocem  
filij dei audierūt. **Sic**  
mediator dei et hominē.  
medius īter celū ⁊ terrā  
pascha māducabat. et  
fruct⁹ crucis vndiq̄s col  
ligebat. quos ī corp⁹ sui  
traciebat: qā cōfluebat  
oīa ad arbore⁹ vite. que  
erat ī medio padysī.  
**N**ōs ergo apli⁹ crucē n̄

mebit. **V**ere qui crucē  
timet: ipē sibi testis est.  
qā adhuc latro ē. In  
cruce enī pendet oīs fruc  
tus vite: qā ip̄a est ar  
bor⁹ vite ī medio padysī.  
**I**psa ē mestor⁹ cōsolacio.  
cūriencū refectio: pfer  
torū gloria. **lō. vii.**

**M**erito p̄inde crucē  
venerant⁹: qāq̄s  
sūt serui crucis. Ab his  
tame⁹ ampliore⁹ ure de  
uocatioē exigit: qui spe  
ciali⁹ p̄posuerūt tollere  
cruce⁹ suā. **N**obis het et  
de vobis dico frēs mei⁹.  
q̄ nō surda aure audis  
tis illā euangelicā tu  
bā: q̄ nō bauiat crucē  
suā. et seq̄t⁹ me. nō est  
me dign⁹. **N**ichil enī p  
ficiet inimic⁹ in eo quē  
crux xp̄i delectat. si car  
nale suggesterit delecta  
tionē⁹: et fili⁹ iniqtatis  
nō apponet nocere ei. si

ad exaspandū aiām ei? quālibet īmittē teptauē  
rit amaritudinē: crux  
xpi quā desiderat. pteget  
ei. Qui iniciat̄ a timore.  
cruce sustinet pacientē?  
qui pficiat ī spe. portat li-  
bēter: qui cōsumat̄ in ca-  
ritate. āplicit̄ ardentē.

vii. feria vi. **O**rō bñ  
bnardi abbis ad sc̄z crucē.

**S**alue crux lc̄ pma  
vita nrā: quā ad-  
orat et desiderat exercitus  
āgeler. **S**alue crux. quā  
adorat et ūocat oīs cho-  
rus sc̄or. **O** vē sc̄ā et ve-  
nerabilis crux: ecce nos  
pāt̄es et ifelices hoīes.  
ante te manem? quāuis  
indigni? sed p pāt̄is nr̄is  
ita sum? anxiati: ut fare  
nesciam? qd̄ agere debea-  
mus. **D**esiderant̄ enī o sc̄ā  
crux te adorare: s; nō au-  
dem? ad te oculos leuare.  
**D**esideriū qd̄e bonū ha-

bem? ī te: s; meritum  
nullū in nobis ē. quo  
cōfidam? ī te. **M**anem?  
itaqz ī cōsp̄ū tuo trepidi  
et dubi. **C**orā te stare  
erubescim?: et a te redē  
ptimescam?. **H**ortat̄ nos  
stare ante cōspectū tuū  
diuina misericordia. et ante  
cōsp̄ū tue pietatis assis-  
tere: s; dehortat̄ cōlaetie  
misérabiles. iueterate  
nr̄e iniqtatis. **I**co sc̄ā.

**M**elius ē tamen o  
bona crux mori-  
uixta te. qm̄ lōge a te:  
qā nulla mors hoībz pe-  
ior est. qm̄ cū lōge a te st̄.  
**S**uppliicit̄ igit̄ te depres-  
mūr suīma maiestas. et  
magna caritas que pen-  
des in cruce: ut īpoetu-  
tate nr̄am nō īpoetu-  
ne suscipias: s; ad misé-  
ria et necessitate nr̄am  
oportune et misericiter as-  
picias: qā tu es spes nr̄ā.

tu refugium nostrum. tu misericordia nostra. Obscurans te vere pie et exaudibilis ihu Christe. per orem dulcissime quam habes in hoie dum pendes in ligno. ut hoc bonum spaliter facias faulibus tuis. ne aliqui pigrerent nos stare in conspectu tuo. et ante crucem tuam. sed potius deleret ac placeat animabus nris in conspectu tue crucis assistere. et placeat oculis diuinis tuis tue misericorditer in nos respicere. **Ico. viij.**

**N**unc ihu benignus me venimus ante te crucem tuam adorare fideliter. et exorare suppliciter. ut indulges faulibus tuis. quia non est nobis fiducia nisi in te. Da nobis fiduciam de piissima oratione. quam in cruce fecisti ad patrem per crucifigentes te dicens. Pater ignosce illis. quia nesciunt quod faciunt. **Quoniam**

enim orasti per crucifixorum tuos. et in cruce reverendatus es indulgentiae. numquid oblitus es misericordie. **Miserere** quoniam domine. miserefaulibus tuis. uel tu ignoscerem. uel apud patrem intende. ut ipse ignoscatur. propterea hoc namque manemus nunc coram te. et adoramus crucem tuam. per quam redemisti nos. **H**ec iam virtutem de cruce tua. sicut seniebat latro ille qui dicebat. **M**emento mei domine. dum veneris in regnum tuum. **O** quanto odor de cruce tua exibat. quod ita aiam latronis infidebat. **vij frigida vi.**

**S**imo bni iohannes episcopi de passione.

**D**ominus tecum prima. **N**on precepit in cruce. et nos epulamur. ut discas. quoniam crux Christi ferierunt et nudine spitailes. Antea namque crux nomine damnacionis erat. nunc

facta ē res honoris. **P**ūs  
ī dāpnacione maledicti  
stabat: nūc ī occasione  
salutis nřē eretta est. **H**ec  
autē crux īmūabilium no  
bis bonorū extitit causa.  
Hec nos de errorib; libera  
uit: hec nos sedentes in  
tenebris illūnauit. **H**ec  
nos a dyabolo expugna  
tore rediciliavit deo: ex  
alienatos restituīt ī do  
mesticos". de lōginqs pri  
mos fecit: de pegrinis red  
didit aues. **H**ec est ini  
miciariū intēmpio".  
pacis firmamentū: et  
dūm nobis bonorū the  
saurus. **P**ot' hac iā nō  
eram' in solitudinib;  
via enī veitatis agnoui  
mus": nec iā ext' regna  
sum": ianuā enī regis  
intravimus. **I**co scā.  
**T**am ignitas dyaboli sa  
gittas nō timam": fons  
enī vite quo extīguerent"

25

īuenim? **P**ot' hac in vi  
diuitate nō sum": sponsū  
enī recepim? **N**ō expaues  
am' lupū: qā bonū pas  
tore īuenim? **P**ot' hac  
nō formidam' tyranū:  
regi enī adherem? **P**ter  
hac diē festū agim? cui  
as memoria celebrātes.  
**I**ta et magister geniū do  
cer: **P**ot' crucē annua fel  
ta cōstitui. Aut enī. Pas  
cha nīm īmolat' est xp̄c.  
**V**bi autē sacrificiū. ibi  
iterempio pātorū: ibi re  
conciliatio dei fit. **V**ox le  
tice et salutis ī tabūna  
culis iustorū: sed et oīs  
terra letet. **E**t ubi īmo  
latus ē? **D**icito. ī altitu  
dine crucis. **I**pē enī et  
hostia erat et sacerdos:  
et altare erat crux. **C**ui  
igit' rei causa ī altitu  
dine crucis īmolat': et  
nō sub tegmine edifici:  
**O**b hoc saliōt ut aeris

naturā mūdaret<sup>2</sup>. ppterā  
nō in altari. nec tecto  
supposito: s; sub celo.

Aer enī purgabat<sup>2</sup>: cū  
ī altitudine crucis īmo-

**T**erra etiā purga-  
bat<sup>2</sup>: qā stillabat san-  
guis dñi sup eā. Qm̄  
autē xp̄c aduenies vni-  
ūlā terrā expianit<sup>2</sup>. oīs  
locus oratoriū fact<sup>2</sup> est:  
et idcirco bñs paulus  
hoecat<sup>2</sup> et p̄cipit sine iter-  
missione orare ubiqz di-  
cens. **V**olo orare viros  
in oī loco: leuātes man<sup>2</sup>  
scās. In tēplo q̄ppe iera-  
onale aīal offerebat<sup>2</sup>:  
ī cruce at̄ spiritualis hos-  
tia oblata ē: et quāto  
maior ē oblatio. tāto et  
eminentior sc̄ificatio. Id  
circo festivitas epulacio-  
nis. ē crux xp̄i. **V**is dis-  
cere et aliud crucis bñfi-  
ciū. **P**adysū ante quicqz

milia uel ap̄liores ferre  
ānos clausū. crux nobis  
aperuit. **D**uplex enī dñs  
bñficiū opat<sup>2</sup> est: vnu  
qđe. qā padysū aperuit.  
aliud vđ. qā latrone ītro-  
duxit. **H**odie īquit me  
cū eris ī padysō. **O**d di-  
cis. **C**rucifixus es. et da-  
uis sc̄ifixus<sup>2</sup>. et padysū  
pmittis. **I**ta inq̄t<sup>2</sup>: ut  
ī ipā cruce vtutē inspi-  
as. qm̄ res her tristiae  
videbat<sup>2</sup>: ut nō ī crucis  
ligno attendas. s; vtutē  
cuius q̄ crucifix<sup>2</sup> est discas.

**N**ona sc̄ia vi. **L**icē ī eodē

**N**on cruce mira **I**cō p̄ma-  
cula opat<sup>2</sup> est dñs. **V**nde  
maxime potenciam suēde-  
darat oīpotencie: non  
mortuū resuscitas. non  
mari et ventis īperans.  
nō demones eiciens<sup>2</sup>. s; cu-  
cifixus. et cōspicuit<sup>2</sup> ī facie.  
dauisqz sc̄ifixus. cū iniui-  
rias et maledicta suscepit

derisus atq; iteptus. ma  
 ligna illa atq; lōgo sce  
 lerū vslu obdurata la  
 tronis mente iūtare  
 pñaluit: ut ex vtrog  
 vtute ei inspicias. Ju  
 eodē enī tpe passiois cru  
 cifixus vniuersā creaturā  
 turbavit. et saxa disru  
 pit: duriore vō lapidi  
 bz aiām attraxit pñter  
 et honorauit. Honor  
 nāq; pñdys ē tale ha  
 bere dñm: q̄ etiā latro  
 nē dignū facē possit pa  
 dyli deliciaz. Cōsidera  
 quātorz bonoz nobis  
 causa sit crux. Vnde hoc  
 ipsū sciri potest: q̄a pñt  
 cū ipā veniet i scđ et  
 gloso aduetu suo: ut dis  
 cas. qm̄ mira ⁊ magni  
 fica ē crux. Vnde et glo  
 sā es dixit: i ea gloriaz.  
**S**aplus. Tu. Iō. 15.  
 ed videam: quō  
 cū cruce veniet. Tunc

enī quādo vētur ē sol  
 obscurabit: et luna nō  
 dabit lumē suū. Tanta  
 q̄ppe erit eminēia splen  
 doris i xpō: ut etiā cla  
 rissima celi luīaria. pre  
 fulgore lumīs diuini  
 abscondant. Tūc stelle ca  
 dent: qñ apparueit sig  
 nū filij hoīs i celo. Co  
 siderasti quāta vtus sig  
 ni sit. hoc ē crucis. Sol  
 obscurabit. luna nō da  
 bit lumē suū. crux vō  
 fulgebit. et obscuratis  
 luīanbz celi. delapsisq;  
 sydenbz. sola radiabit:  
 ut discas. qm̄ crux et lu  
 na lucidior. et sole pda  
 rior. quoq; splendore di  
 uini lumīs illustrata  
 fulgore superabit. Et  
 quēadmodū ingredien  
 te i ciuitatē rege. exerit  
 anteredit. pñferēs hume  
 ris signa atq; vexilla re  
 galia: et abitu pñparaci

omis armisone annūci  
at regis ītrūctū: ita do  
mino descendēte e celis.  
p̄cedet exercit⁹ agelorū.  
qui signū illud trūpha  
le verillū. sublumib⁹ hu  
meris p̄ferentes. diuinū  
regis celestis īgressū ter  
restrib⁹ mētib⁹ nūcīabū.

**S**ed q̄re crux **lē uj**  
apparebit tūc. et  
quā obcausā in ei⁹ pla  
tu dñs adueniet rāno  
p̄spiciā ē: ut agnoscāt  
cōsiliū iniquitatis sive. q̄  
dñm maiestatis crucifix  
erūt. **H**oc enī signū:  
ipudens iudeoz redar  
guit impietas. **E**t qm̄  
p̄t hoc ipsū habes cruce  
ē venier: audi ipsū ī  
euangeliō p̄stantem.  
**N**a tūc plangēt om̄es  
trib⁹ tīc vidētes accusa  
tore suū ipsā cruce: et  
ipā arguente cognoscāt  
p̄cām suū sero: et frusta

fatebūt impia centare.  
**Q**d autē miraris si cu  
cē affterēs venier: ubi et  
ipā vulnera ostendet.  
**N**ō solū autē de cruce:  
b⁹ de v̄bis ip̄is que ī cru  
ce habuit īmensā pie  
tate ei⁹ possim⁹ cōside  
rare. **N**ā cū adhuc ī cru  
ce cōfixus esset: dicebat.  
**P**ater dimitte illis per  
catū: nō enī scīt qđ fa  
ciūt. **I**mitatores ergo  
dñi esse debem⁹: et pro  
inimicis orare: exēplo  
ipsi⁹ qui cū esset cruci  
fixus. p̄ crucifigētib⁹ se.  
patre postulabat. ut  
dimitteret illis p̄cām.  
**D**ecima feia vi. **I**eo p̄ā  
ī simone de passiōe dī. **H.c.i.**

**C**rux dñi dilectis  
simi que saluan  
dis ē impēsa mortalib⁹:  
et sacramentū est et exem  
plū. **S**acramentū quo v̄  
tus īplet⁹ diuina: exem

plū. quo deuocio īitat̄  
huāna". qm̄ captiuata  
tis iugo eritis. etiā hoc  
p̄stat redēcio: ut eam  
sequi possit imitacio. **Nā**  
si mūdāna sapientia ita  
ī suis glāt̄ erroribz. ut  
quē sibi ducē q̄sq; delege  
rit. eī' opiniones & mores.  
atq; oīa instituta sectet̄:  
que nobis eīt cōmūnio  
noīs xp̄i. nīsi ut eī īsepa  
bilic̄ vniām. qui est ut  
ip̄e aīt. via vēitas & vita.  
**V**ia sc̄ilicet rūsacōis sc̄e:  
vitas doct̄ne dīne: vita  
būtitudinis sēpit̄ne. **H**i  
igit̄ magne pietatis ītel  
ligitis sacramētū. et qd̄  
p̄ salutē huāni gñis vni  
genit̄ dei fili⁹ gessit adū  
tis. hoc sentite ī vobis.  
qd̄ et ī xp̄o ihū: cui⁹ hu  
militas nulli asp̄nanda  
diuitū. nulli ē erubescē  
da nobiliū. **N**ec enī in  
tantū puehi potest q̄li

bet felicitas huāna fal  
tigū: ut estimet sibi pu  
dendū. qd̄ manēs deus ī  
forma dei. de⁹ nō est arbi  
trat̄ indignū. **I**mitam̄  
qd̄ opat̄ est. diligite qd̄  
dilexit: et īuenietis ī vo  
bis dei gracia. **lō sc̄a**

**D**icente dñō. qui nō  
accipit crucē sua  
et seq̄t̄ me. nō est me dig  
nus: et dicente aplō. si  
cōpatim̄. et cōregnabim⁹?  
q̄s vē xp̄m passū. mortu  
um. et resuscitatū colit.  
nīsi qui cū ip̄o et patit̄  
& morit̄ et resurgit. **E**t  
her qd̄e in oībz ecclie fili⁹.  
ip̄o iā regnacōis sūt ī  
choata mysterio: ubi per  
tan īterit̄ vita ē renascē  
tis. **R**ū splendū est nichi  
lomin⁹ ope. qd̄ celebratū  
ē sacramēto: et natis de  
spū sc̄o. quātūmūq; sup  
est mūdāni t̄pis. nō sine  
crucis suscep̄t̄oē ducēdū

est. **V**nde aī q̄spiaā se li-  
mices xp̄iane obseruāci-  
e sentit excedē. et ī id auxi-  
ditates suas extende. qd'  
eū a recto itinere faciat  
deuiare. recurrit ad cru-  
ce dñi. et ligno vite mo-  
tus noxie voluntatis af-  
figat: ac voce prophetica  
ad dñm clamet et dicat.  
**C**onfige clavis a timo-  
re tuo carnes meas: a  
iudicis eū tuis timui.

**R**ex dauid. cui? **Ic. vii.**  
scdm hoīem semē  
est xp̄c. diem crucis dñi  
mille et plusq̄m centū  
ānoꝝ etate p̄cessit: et  
nichil eoz suppliciorꝝ q̄  
sibi memorat illata per  
peccatus ē. **H**z q̄a p̄ os ei?  
ille loq̄batur. qui carnē  
passibile ex ip̄i erat stir-  
pe suptur? merito sub  
ei p̄sona p̄missit hysto-  
ria crucis: q̄ in se gerebat  
corporeā origine salua-

toris. **V**ere eū dauid  
in xp̄o est passus: quia  
xp̄c vē in dauid ē carne  
crucifixus. **C**ruix at xp̄i  
eadē est et credencū gl̄ia:  
et nō credencū pena.  
**V**nde dicit aplius. **M**ichi  
autē absit gl̄ari: nū si in  
cruce dñi nr̄i ih̄u xp̄i.  
**I**bi ergo cōstituat se xp̄i  
an?. quo eū senū sustulit  
xp̄c: et ad id dirigat om-  
ne viā suā. ubi sit hu-  
mana saluata esse na-  
tura. **P**assio eū dñi:  
usq; ad finē p̄ducit mū-  
di. **D**icit etiā aplius. **O**es  
qui volūt pie vivere ī  
xp̄o ih̄u: p̄secutionē pa-  
cient. **Q**ua sentēcia ni-  
mis tepidus et segnis  
ostendit: q̄ nulla p̄secu-  
tioē pullat. **P**acē eū  
aī hoc mūdo. nū si ama-  
tores mūdi nō habent.  
**H**ec dilectissimi que ad  
p̄cipacōne crucis p̄n-

neat: sufficiēter ut ar-  
bitrōe vris sūt aurib;  
ītimata. **XI.** feria. **VI.**  
Iē ubi sup. **+ Iō p̄ma.**

**Q**uoniam dñs n̄r di-  
lectissimi lignū  
portaret crucis. qd' in  
septuā sibi cūceret po-  
testatis: erat qdē apud  
ipior̄ oculos grande lu-  
dibrium: s; manifestaba-  
tur fidelib; grande mis-  
teriu: q̄a glōfissim' dy-  
aboli victor. et inimica-  
rū v̄tutū debellator po-  
tentissim': pulchra spe-  
cie triūphi sui portabat  
trophēu: et iūcte paci-  
encie humeris signū sa-  
lutare. adorandū regnū  
oib; īferrebat: tāq̄m et  
tūc ipā opis sui ymagi-  
ne. om̄es imitatores suos  
v̄firmaret et dicet. **Qu**u-  
no accipit crucē suā et  
sc̄tur me: no est me dig-  
nus. **E**ntib; at cū ihū

turbis ad locū pene.  
symō qdā cyrenēus in  
uētus ē. in quē lignū  
supplicij tūfferret a dñō:  
ut etiā tali facto p̄sig-  
naret gencū fides: qbz  
crux xp̄i. no cōfusio erat  
futura. sed gl̄ia. **Iō. ij.**

**X**p̄ v̄o no in tēplo.  
net ītra septa ciui-  
tatis. s; ext̄ māstra cruci-  
fixus ē: ut veterū victi-  
marū cessāte ministrio.  
noua hostia īponeret  
altari: et crux xp̄i. no  
tēplo esse ara: s; mūdi.  
**E**xaltatio igit̄ dilāssimi  
p̄ crucē xp̄o: no illa tan-  
tū species aspectū mea-  
tis occurrat. que fuit ī  
oculis ipior̄: s; n̄r ītel-  
lāb; que sp̄us vitans  
illumiāt. gl̄iam crucis  
celo terraq; radiante.  
puro ac libero corde sus-  
cipiat. **O** mirabilis po-  
tēcia crucis: o ineffa-

bilis glia passiois: i qua  
et tribunal dñi et potes-  
tas ē crucifixi. Cuius siq-  
de dñi sicut iudeorū erat  
mente fidelis: ita est in  
crucifixi vītū mirabi-  
lis. Tu. **E**x cōpendio  
theologie de regia via crucis.

**Q**ui modo libe **Icūj**  
ter audiuit et se  
quīt crucē: postea nō  
timebūt ab audizione  
etīne dāpnacōis. Hoc  
siguiū crucis erit in celo:  
nū dñs ad iudicandū ve-  
nerit. Tūc oēs serui cru-  
cis q̄ se cōformauerūt  
xpo i vita: accidēt ad  
xpm iudicē nū magna  
fiducia. Qd igit̄ times  
tollerē crucē: p̄ quā itur  
ad regnū. In cruce sa-  
lus. i cruce vita. i cruce  
p̄fertio ab hostibz: in  
cruce iſus supne sua  
vītatis. i cruce ē robur  
mentis. i cruce ē gaudiū

spūs. i cruce summa vītu-  
tis: i cruce ē p̄fertio scī-  
tatis. Nō est salus aīe-  
ner spes vite etīne: nū  
i cruce. Tolle ergo crucē  
tuā et sc̄p̄re ihū: et ibi  
i vīta eternā. Precessit  
ille bānulas sibi crucē.  
et mortu⁹ ē p̄ te i cruce:  
ut et tu portes crucē tuā:  
et mori affectes in ea.

**xij. febr. vi.** **In quodā l.**

**O**mēs de scā crucē **Icūj.**  
**O** vi nō accipit cru-  
ce suā et seq̄t me: nō ē  
me dign⁹ dicit dñs. Ic-  
ta autē crux cōsistit in  
sūi p̄si mortificacione.  
Omēs enī qui xpī sūt:  
carne suā crucifixerūt.  
nū vicijs et cōcupiscentijs  
suis. Duobz etenī mo-  
dis crux tollit⁹: nū aut  
p̄ abstinentiā afficitur  
coep⁹: aut p̄ xpassione  
xpm affligit⁹ anim⁹.  
**P**ensem⁹ q̄litter utroq;

**Grego**

modo paulus crucē suā  
 tulerit: q̄ dicebat. **C**asti  
 go corp⁹ meū et i serui  
 tute redigo: ne forte ali  
 is p̄dicans. ip̄e reprobz  
 efficiar. **E**cce i afflictioē  
 corporis audiūm⁹ crucē  
 carnis: audiām⁹ nūc in  
 cōpassione p̄ximi crucē  
 mētis. **I**ut nāq̄. **Q**uis  
 ifirmat⁹: et ego nō infir  
 mor. **Q**is scandalizat⁹:  
 et ego nō uro. **P**rofect⁹  
 q̄ip̄e p̄dicator. ut exēplū  
 daret abstinenē. crucē  
 portabat i corp̄e: et q̄a  
 in se trahebat dāpna in  
 firmitatis alienē. crucē  
 portabat i corde. **Q**uā  
 autē ad exēplū xp̄i cru  
 cē actiū debem⁹: modū  
 passiois ei itueamur.  
 Fuit enī crucifix⁹: et da  
 uis ligat⁹ a pte iſteriori  
 leua et dext̄a: s; non a  
**D**pte ſupiori. **I**c. **v.**  
 Plangent tuū oēs

p̄tores terre passionis  
 xp̄i armis a demonibz  
 nō defensi: nec eoz aliter  
 tu ſedulo. ad xp̄iūtione  
 p̄uocati. **T**uū gaudebuūt  
 fideles intimi mūſteiorz  
 crucis ſpectores. et reli  
 quiaz victoriosissime  
 passiois xp̄i. deuoti ve  
 ueratores: qui horū iugis  
 memorati i p̄fūda me  
 ditacioē inardescētes mū  
 dū calcanerūt. ſpiritu  
 q̄q̄ carne ſubiecerūt:  
 qui xp̄o cōpalli a p̄tis  
 mūndati ad xp̄iūtione p̄  
 ducti. a demonibz defen  
 ſi. dāpnationē euaserūt:  
 de celestibz ſetuci. **E**cce  
 armorz signacula: que  
 demones cōtremulſant.  
**N**empe biō teste ih̄om̄  
 mo: cuū ſignū crucis in  
 frōte demon ſpereit cō  
 tremulſat. **Q**ui enī au  
 rata capitella nō timet⁹:  
 qui ſtepmūt ſceptra re

galia. et imperialium armo  
num stigmata non veretur:  
xpiane religiosis signa  
cula. crucem clavos et lan  
ces ptimebat. Igitur de  
monum callidas evadere  
voletis illas? huius xpiani  
ane milicie armis muni  
am: huius pietes ac fenes  
tras ntar mansionum. et  
terras uras assidue obi  
cienda aspectibus. depin

**Q**uamus. **I*co. viii.***  
eterum. si in promissis  
etiam mox libeat gustare  
dulcedinem: crux nil ali  
ud quam penitentiam. seu  
penitendi statum. mundum.  
seos abnegantem nobis  
designat: de quo videlicet  
crucem. salvatore audiui  
mus dicente. Qui vult  
venire post me. abneget  
semetipsum: et tollat cru  
cem suam. et sequitur me. Duo  
dauit: crucem tollendam.  
et uestigia crucifixi am

plexenda: ut quemadmo  
du ille nunquam miseratur  
caritate. per delendis iniq  
uitatibus. crucem humeris  
suis imponi elegit. et in  
positam coram subsanante  
se populo portare voluit  
extra ciuitatem. ibide cruci  
clavis affigendus. et la  
cea perforandus? ita quilibet  
mundi elector. verus xpiani  
discipulus. ex exemplo edocitus  
magistrum. per suis et aliorum de  
fendis sceleribus. tollat  
crucem suam. hoc est. mestum  
et abiectum penitentie statum.  
humoris caritatis impulsum.  
libens iponat: et per me  
du deridentis se multa  
tudinis mundorum. consta  
ter in locum calvarie fugi  
at in solitudinem. **xviii.**  
**scia vi.** Ex libro domini ca  
bani de laude scie crucis. Ex  
principio. **I*co p.***  
**O**rpe salvator. rex  
regum. et dominus dominorum. qui

Ex. a. f.

mūdū ppria dictione  
gubernas. et sceptrū in  
corruptibile tenendo iure  
phēnū sup diā regnas:  
tu crīmina milita pacem  
tū nōrū ī auce delesti. qnū  
hūano genē iustiae fre  
na cōstituisti: atqz tuis  
fidelibz ī celis beatā vitā  
sperare. velociterqz adi  
pisci posse dedisti. Ergo  
tui muneris ē largissimi  
prīsqz tui potissimi:  
qd' nomē illud tui ī nef  
fabile. oībz qz sedis dudū  
terrible. nūc pīssimi pī  
apis vītice gestat' honesta:  
religioneqz ab oībz  
veneretur celebrīma. Nos  
qz famuli tui xpē mitis  
saluator supplices petim⁹:  
q̄tū p̄ verillū sc̄ crucis.  
tua sanctissima vītus ipī  
dexterā. diuina imbuat  
arte: atqz triūphū ubiqz  
cōfrat iusticie. Tu at  
**Iō sc̄da.** **Vnde sup.**

**S**aluatoris nr̄i p̄  
mago mēbroz su  
oz posicōē cōferrat no  
bis celebrīma. dulissimā.  
et amātissimā sc̄ crucis  
formā: ut ī ei⁹ noīē credē  
tes. et ei⁹ mādatis obediē  
tes. p̄ ipī⁹ passionē spem  
vite etīne habeam⁹: ut q̄  
ciensqz crucē aspeream⁹.  
ip̄lī⁹ redēm⁹. q̄ p̄ nobis ī  
ea passus ē. ut eripet nos  
de potestate tenebraz: de  
glacieſ qdē mortē. ut vi  
te etīne heredes efficerem⁹:  
perfict⁹ ī celū. subiectis si  
bi āgelis et potestatibz: et  
vītutibz: utqz revogitem⁹.  
qd' nō corruptibili argen  
to uel auro redēpti sum⁹  
de vana nr̄a vīsacione.  
parte tradiciois. s; pāio  
lo sanguine qslī agni inco  
tamunati et īmaculati xpi:  
ut sim⁹ sc̄ et īmaculati  
ī xpcū ei⁹ in caritate:  
ut p̄ her efficacī diuine

cosores nature: fugientes  
et que i mundo e capisce  
ae corruptione. **lco. vii.**

**E**cce filius dei. et dominus  
dominorum. expulsus  
manibus suis. specie re-  
stauratis honoranda os-  
tendit: et recte unum pas-  
torum grecorum sacer ecclie ius-  
tum colit: et i eo modo  
quo i cruce sua mera fa-  
tigari promisit. rite omnes  
populi probat redemptorem. quia  
hunc totius universi parentem  
esse sacra scriptura predicit.  
**I**n sancta cruce creator omnium  
passus est. **N**a passio christi.  
celum sustentat: mundum  
regit. tartarum profundit.  
**I**n ea confirmatur angelus.  
redimunt populi. steratur  
inimici: stabilitur sub-  
sistencia. astant vivencia.  
oservatur scientia. illus-  
trant intelligentia. **I**nde  
timor ducit? a pena fide-  
les liberat: tristitia sa-

Ex 2. f. 14.

libris penitentes a per-  
catis mundat: capiscere  
a boni. virtutum fructus  
geminat: gaudium vite  
sperantes letificat.  
**xvii. feia vi. lco pma.**

**O** sancta crux christi: que  
opitate tibi collata  
excellis super omnia. Tu i se-  
lorum arte. superna potens  
regis agmina: quia cruci  
furi i te regis utrusque di-  
uinitas. tota te potenter.  
et tota sancta fecisti: max-  
ime cum passio eius ei indi-  
cum sep in te existat. **N**on  
poter merito te reginam  
ex ipso rege vocamus: quia  
regni celestis aditum per te  
pium merum. **D**umque  
humanitas ei ac domini  
unitas gratiam ipsius por-  
tans. promeruisti: i vni  
dei omnipotentis laude. sacra  
professione christicolas con-  
asti. **N**a multiplices lau-  
des deo i sanctis angelorum ceteris;

excitas: et sili rōne ad  
glificandū. deuotos red-  
dis terrarū incolas. **Icij**

**T**e gnālit' tot' orbis.  
Aer. mare. et igne  
a celoz sydera. sacrificat:  
ac sp̄cialit' unaquez  
sp̄cies creature ex h̄tuor  
mūdi p̄tibz magna de-  
uocione celebrat. **H**oc  
q̄z dīm adunata confessio  
p̄fit: qd' ab et̄no lumē  
illuminata. nobis celestis  
regni gaudia demōstres.  
et demōstrata pie q̄ren-  
tibz dones: cū utrūq; fa-  
nas disp̄sacione diuina.  
ut et corde credulo et vā  
confessione deū xp̄m cōfite-  
am: et p̄ hac fidē ad ip-  
sū p̄uenire meream. **O**  
crux xp̄i. que p̄ desiderata  
et' victoria es būdita:  
qm̄ clara. et qm̄ magna  
suo amore te oīm cōditor  
reddidit. **D**iuinificatiois  
enī munere te dīauit.

et ad hoc salubrit' erexit:  
ne antiqu' hostis q̄ p̄mū  
parentē nr̄m sibi cōsen-  
cientē de p̄adyslo eicit.  
diua' uisionis eloq̄o  
p̄genie ei? i exilio dāpna-  
tam fatigaret. **lō uj.**

**O**pia crux dñi. q̄s te  
decātans digne lau-  
dare valet: et totā potē-  
ciā tuā v̄bis enarrare.  
**P**ulchra nites ornatu:  
teq; cernētibz glōsa appa-  
res. **T**axus mortifera lō-  
ge a te fugit: calamibz  
aromaticis. et pin' sep-  
virens honori tuo se sub-  
icuit. **C**edrus q̄z diuīna.  
et v̄mibz ip̄forabilis:  
mirra guttiflua. et meli-  
ro odoris iocundissimi. ad  
odore tuū stupet. **N**oīe  
licet sis asperice ip̄is cū  
cruciatiū resones. v̄nute  
tamē redēptionis nostre  
ip̄lis p̄stas: que cōcedis  
fidelibz ante xp̄i tribunal

*Bez. f. 1.*  
bonorū operū p̄cipit  
fruct? **XV** fīia vi. lē p<sup>a</sup>

**O** crux sac̄. que dis-  
ruptis daūstris  
ūfernū. plebē scōr̄ eripue-  
ras: et celo collocaueras.  
**M**erito q̄ ippe scōr̄ ange-  
lor̄ ordines. et celestis  
militiae exerat? noīe et  
numēd sc̄e cruci cōcordat?  
ut etiū regis victoriā col-  
laudet: et magnitudinē  
leticie sue honesto officio  
p̄dicent. **O** tu sc̄a salus  
et leta passio xp̄i. **S**alue  
crux venerāda<sup>b</sup>: que sapi-  
encie lumē et doctrīe es  
orbis terrar̄. que et vā  
laus. amica v̄tus et da-  
ra philosophia apud ce-  
licolas trigenasq; inde  
sinēter viges. etiā apud  
exit̄ ageloz. q̄ in clari-  
tate lucis etiæ manent:  
et apud hoīes q̄bz salus  
et vulchra renouatio pf̄  
cūrū infirmitatē. et

āiquā p̄tor̄ vetustatē  
extinsh. **T**e totis orbis  
būificat: te celoz agnūa  
collaudat. **P**te ī noīe ihu.  
qui cūcta sceptra. simul  
et regū curuat imperia:  
omē genū iſlect̄. celestū.  
sive terrestriū. et ūfernōz.

**O** b̄ca seraphyn. **I**c. iij.  
**Q**̄s sit v̄i amoris  
and̄ dicate<sup>c</sup>: et si fiat in  
celebraciōē hac habit̄ v̄i  
iura celestia mōstrate: si  
hac m̄lta z valida laude  
significetis victore supnū  
pandite. **V**nū nāq; qđ  
nobis demonstrat hoc est.  
qđ in alaz posicōē affir-  
mat. iā dudū nobis pre-  
nūciatiū esse ī figuris: sc̄e  
crucis arā sacratīq; dē  
hostie. qđ in ea ī molatiū  
est. **E**dūc q̄bz ip̄a voto  
laudis. que sūt v̄tus reū-  
ciois nīe. ac bona p̄mū  
orū. que tribuere nobis  
rx xp̄i deceuit: cū ī

hac arca sed in suum ppositum  
passus. colapsit flama  
passionis sue iniqtates  
et pacem saeculorum nro. **C**uc  
tasse aduersarias potesta  
tes in mometo sue mortis  
superas vicit. atque per  
capem huius mundi foras ci  
iens. astricta ei clausa  
discipit. et vetustate  
pacorum nro delevit. **I**c*uij*.

**Q**onditor itaq; et  
rex nre. qui per nobis  
in alto misericordius est  
stipite. quam magis daret  
thronum imperiale vocari.  
qm seruile tormentum: qm  
impatore nre christi regnum  
sibi in ea. et potestate in  
celo et in terra coquiliuit.  
hostes superauit. et mun  
dum deo reconciliauit. **H**ec  
verillu est christiani pli.  
hec franea. qua cum hos  
te sortim bellum: hec in  
signe victorie nre. **C**um  
hac hostes nros proster

nim: hac arma iniqu  
tatis fragum? **P**hanc  
ad coronam alleuam: et  
victoris primia capimus.  
**C**herubyn etiam illa que  
in tabernaculo. replicis co  
structione iuxta archam  
post altare thymiama  
tis stabaat: hoc vexillu  
crucis extensione alarum  
suarum. necnon et tota po  
sitione sui. hac sanctam arcam  
demonstrabat: que miseri  
ca uincione limita trini  
tatis christi. et certainius  
ei palma pfigurabat.

**D**ecima sexta feia vi l*c.i.*

**V**antis aut qles  
fructus lignum sce  
nuis germine suo pfe  
rat: dignum est etiam me  
commemorare. **C**ui fructus  
est: et radix perpetua:  
cui odor mundum replet.  
et sapor fideles faciat:  
cui splendor sole supat.  
et candore nubes obfuscatur?

**E**x vii fi:

cuius cæcumē polū excedit.  
et cuius infimū infernū  
penetrat: cuius firmitas  
hūilia exaltat. et cuius  
potentia exaltata humiliat. **O**mnis enī virtutū  
iocunditas p ipsū et ī ipso  
mūndo collata est: qā in  
ipso verū pfectio ampleta ē.

**N** ipō nāqz celsitu **Ic. iiij.**  
dīne suā prudētia dēmō<sup>strat</sup>: in ipso soliditatē  
suā iusticia reuelat: in  
ipso potentia suā fortitu  
do coligat: ī ipso mode  
ramina sua tēperātia  
collaudat. **H**ic etiā pru  
dētia ac̄sūtione sapiē  
tia. et apprehensionē vitatis  
deuotis cōredit: atqz hic  
piudētia. intelligētia et me  
mōrie dona oīs fidelis p  
cipit. **H**ic iusticia fidei  
fundamentū posuit: atqz  
hic pietatis et religiōis.  
grē qōz et vindicationis  
cōtate uniuersis distri

buit. **H**ic fortitudo bla  
da cūcta et adūsa mag  
nificētissime tēpnit:  
atqz hic fiducie prudētia  
et pseuerātia exēpla ppo  
nit. **H**ic tēperātia in li  
bidinis et p̄tinacie insol  
lentes impetū frenā dis  
ipline iniciat: atqz hic  
piudētiae et cōtinētiae.  
dēmētiae qōz et sobrie  
tatis mltiplicia dona de  
sideratibz spēndit. **Ic. iiij.**

**N**oc etiā lignū scē  
nūcias ab ipso pla  
tatiū est de quo dicit pro  
pheta: lignū cōpacionē  
faciens. **E**t erit tanqū  
lignū qd̄ plantatiū est  
serus decursus aquarū.  
qd̄ fructū suū dabut in  
tepe suo: et foliū eiō no  
detudet. et oīa querūqz  
